est, Impius cum in profundo ue
nerit peccatorum contemnit,
Redire namque dissimulat
quam misereri sibi pro se disperat,
sed cum disperando amplius
peccat. quasi puteo suo fundum
subtrahit. ne ubi se tenere pos
sit inueniat, Omnis quippe iam
uitę desperans in peccatorum
se tenebras deicit. Semetipsū
quasi in puteum uel in foueā
mergit, qui uero diu tantam
perpetrationem & iam consuetu
dinem iniquitatis opprimitur.
ne ad superiora iam possit ex
urgere. quasi angusto ore putei
coartatur; Dauid prophęta
sub specie peccantium exorat
dicens; Non me demergat tem
pestas aquę neque obsorbeat
me profundum. neque urgeat
super me puteus os suum; quem
enim mali operis iniquitas a bo
na stabilitate commouet q̄si
tempestas aquę rapuit, sed si
adhuc consuetudine non p̄ua
luit non demersit, Iam in pu
teum cecidit. qui hoc quod di
uina lex prohibet perpetrauit,
sed si adhuc longa consuetudo
non depremit. nequaquam
ossium puteus coangusta
uit, tanto ergo facilius
egreditur quanto minus
se consuetudine coar
tatur, quasi quedam
conclusio oris angustia est ab
obprimenti mala consuetudi
ne exurgere uelle nec posse,
Iam quidem desiderio ad sup
na tendere. sed adhuc actu in
infimis remanere, p̄ire cor
de nec tamen sequi opere
atque in semet ipso contradic
tionem perpeti semet ipsum,

EXPLICIT LIBER QUARTUS SENTENTIARUM

# INCIPIT LIBER QUINTUS

## DE DILECTORIBUS MUNDI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0323